

stituti in sola legitima quam cautelam tradit Soc-
cin. jun. cons. 122, n. 8, & seqq. lib. 1, Dec. con-
sil. 687, n. 2, & approbat Rota dec. 206, num. 4,
decif. 479, n. 8, & decif. 653, n. 13, p. 1, recent.
coram Merlino decif. 642, n. 5, & in Fanen, bonorum
19 Junii 1648, coram bon. mem. Arguelles.

Cumque postea Pompejus una cum aliis fra-
tribus per instrumentum publicum de anno 1602.
& 1608. promiserit adimplere omnia in dictis te-
stamentis contenta, & quod tota hæreditas inte-
grè conservaretur in familia usque ad minimum
quadrantem supponendo iisdem fideicommissis
legitimam, nec non prælegata, ac omnia, & fin-
4 gula bona, cessat penitus prætensio hujusmodi: *
quia concurrevit non solum acceptatio, & appro-
batio generalis testamenti, & oneris in illo in-
juncti cum clausulis amplissimis, quam sufficere
firmavit Rota in Romana fideicommissi de Cœlis 26
Novembris 1639, & 16 Maii 1642, coram Re-
verendiss. Compostellano, cum aliis per adden. ad
sanct. mem. Gregor. decif. 489, n. 27, vers. & ut filius,
& per Grat. cap. 983, n. 3, & seqq. Sed etiam
specifica, & individualis respectu ipsius legitimæ,
ut disponit text. in l. si quando 35, §. & genera-
ter C. de inofficio testamento, & voluit Rota de-
cif. 342, n. 9 p. 5 rec. & coram Eminentiss. Othobono
no. decif. 100, n. 5, & per totam, & decif. 110, n. 1.

Non obstat quod de tempore acceptanceonis
secutæ nempe de anno 1602. Pompejus esset mi-
nor, nam ultra quod acceptatio erat utilis, & ne-
cessaria eidem Pompejo ad effectum consequendi
pinguem hæreditatem, & apparebat facta coram
judice, adhuc cessar difficultas, quia factus ma-
jor de anno 1608. testamentum avitum, & pa-
ternum de novo approbavit, & acceptavit sup-
ponendo illis legitimam, nec non prælegata, *
& adeo ut detractio hujusmodi nullo modo præ-
tendi possit contra formam prædictæ acceptatio-
nis ad text. in l. unica C. si major factus rat. hab.
Rot. coram sanct. mem. Greg. decif. 186, n. 4, &
in terminis dixit Rota d. dec. 110, per totam, &
præsertim n. 16, coram E. Card. Othob.

De identitate vero honorum alienatorum nulo
modo dubitari potest: quia illa colligitur ex
6 combinatione * cum bonis contentis in instru-
mento divisionis facta à Pompeio, & fratribus,
ut dixit Rota decif. 88, n. 12, p. 7, recent. & coram
Merlin. decif. 548, num. 17, cum aliis pluribus in
Fanen, bonorum 19 Junii 1648, coram bon. mem.
Arguelles.

Et cum idem Pompejus in dicta divisione de
anno 1615. fassus fuerit non solum bona divisa
esse supposita predictis fideicommissis, sed etiam
alia empta post patris obitum in dicta divisione
descripta, tanquam acquista ex pecunia hæ-
reditatis talis confessio, * & declaratio sicuti præ-
judicat ipsi Pompejo, ut notat Manzar. de fidei-
commiss. q. 58, Peregr. eodem tract. art. 44, n. 5, Rot.
coram Merlin. decif. 262, n. 1, & decif. 294, in
princ. ita etiam probat contra hæredes, & haben-
tes ab eo causam ad text. in l. cum à matre, C. de rei
vendic. Rota coram Buratt. decif. 229, n. 10, &
seqq. & in Romana fideicommissi 8 Junii 1648, &
in d. Fanen, bonorum 19 Junii ejusdem anni coram
bon. mem. Arguelles.

Minus dubitari potest quod pro illorum rein-
tegratione competit via executiva, * & manda-
tum relaxari valeat, nam stante obligatione Cam-
erali res transit sine difficultate, Cephal. consil.
439, n. 16, Thesaur. decif. 26, n. 12, Rot. in rec. decif.
258, n. 1 p. 6, & in Romana domorum de Incoronatis
18 Martii 1650, coram R. D. meo Decano; Et cum

Decisions

per commissionem particularem fuerint mihi com-
municatae facultates A. C. eodem modo potest
Rota executivè procedere sicuti procederet idem
A. C. Rota decif. 415, sub n. 10, part. 1, recent.
Buratt. decif. 752, in fine, & fuit dictum in Esina
Pecuniaria 17 Febr. 1648, coram bon. mem. Peuting.
Quod instrumenta divisionum, & alia jura
fuerint mutilatæ in Rota producta, nullo modo
subsistit in facto, nam instrumenta sunt integra,
& per compulsum in actis exhibita quamvis ad
effugiendum expensas, & tollendam prolixita-
tem fuerit repetita illa tantum pars, * quæ facit 9
ad causam, prout fieri posse tradit Vestr. in prax.
lib. 7, cap. 1, de produc. jur. n. 6, & admittit Rota
d. decif. 139, n. 6, & seq. p. 4, tom. 2, rec. & decif.
304, n. 21, part. 5, & coram sanct. mem. Gregor.
decif. 432, n. 7, cum aliis per Add. ad eundem
decif. 238, n. 15, vers. limitatur secundo.

Quod R. P. D. Odoardus de Vecchiarellis R.
C. A. Generalis Auditor, nec non illius fratres
hodie agentes sint etiam pro medietate hæredes
beneficiati Pompeii, & sic pro dicta rata debeant
concurrere ad reintegranda fideicommissa ab eis-
dem non controvertitur; Et cum veniant ex
persona propria independenter à dicto Pompeio
uti vocati * ad eadem fideicommissa possunt in-
10 stare pro reintegrazione, non obstante quod aliena-
tio facta fuerit per ipsum Pompejum Natt. cons.
470, n. 13, Rot. divers. decif. dec. 110, per tot. p. 2,
& coram Merlin. decif. 710, n. 12, & coram E. Othbo-
no decif. 180, n. 12, & seqq. & decif. 270, à n. 11.

Unde cum fideicommissa sint litteralia, & jam
per sententiam Rotalem Canonizata coram R.
P. D. meo Verospio ad favorem eorumdem re-
sponderunt DD. pro mandati relaxatione contra
bona hæreditaria Pompeii utraque parte infor-
mantem.

DECISIO CXXIII.

R. P. D. ALBERGATO.
Romana devolutionis Palatii.

Lunæ 18. Junii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Bona Ecclesiæ concessa in locationem perpetuam
transiunt in extraneos, & n. II.
- 2 Conjecturæ faciunt rem ab Ecclesia concessam
transire in extraneos.
- 3 Clausula ad habendum latissime extensam facit
concessionem rei Ecclesiæ transitoriam ad ex-
traneos.
- 4 Licentia alienandi per viam contractus facit
rem Ecclesiæ in extraneos transitoriam, & n. II,
etiam extraneis censetur concessa, n. 13.
- 5 Locatio, & non emphyteusis dicitur, quando sic
à partibus nominatur. Censetur, quando Ca-
non non responder fructibus, n. 6.
- 7 Dominii translatio denotat contractum locatio-
nis, & non emphyteusis.
- 8 Pactum francandi efficit locationem non emphy-
teusim.
- 9 Pensionis solutio distributa in duos terminos
efficit locationem, non emphyteusim.
- 10 Emphyteusis recepta pro hæredibus, & successo-
ribus non comprehendit, nisi hæredes sanguinis.
- 12 Prohibitio alienationis subsequens non tollit
precedentem facultatem alienandi; sed aliena-
tio fieri debet domini assensu adhibito.

14 Bene

Ad materiam de Alim. Decis. CXXIII.

217

- *4 Beneplacitum in concessione rei Ecclesiæ requiri-
tur ex lapsu centum annorum: cum observan-
tia præsumitur, n. 15.
- 16 Historicis deferendum, & fides præstanda.
- 17 Constitutio Urbana beneplaciti præsumptionem
tollit, sed declara, ut n. 18.
- 19 Centenaria in calculanda anni vite concedenis
non attenduntur. Declara, ut n. 20.
- 21 Observantia debet esse certa & non equivoca u-
nius concessionis animum possidentis: Declara,
ut n. 23.
- 22 Possidere uno, vel alio modo ab animo pendet.

P OST mortem B. Marii de Frangipanis sine fi-
liis Capitulo & Canonicis S. Marci manuten-
tionem, seu reintegrationem ad positionem Palati-
tii positi in Platea Conche S. Marci petentibus,
denegandam esse, me proponente, D. D. censem-
tum ex eo quod concessio hujusmodi domus us-
que d. anno 1539. facta Antonio Frangipanio,
ac Curtio, & Mario ejus filiis tanquam in loca-
tionem perpetuam, non autem in emphyteusis
erat transitoria ad hæredes extraneos, & sic ad
Corn. Franciscum Frangipanium de Croatia juxta
defuncti voluntatem pervenire potuit, ut de bo-
nis & ab Ecclesia receptis tradidit Ruin. cons. 161,
n. 21. & seqq. lib. 1. Cravet. cons. 764, n. 4. vers.
Rimin. jun. cons. 461, num. 27. & seq. Rol. à Vall.
cons. 96, n. 24. lib. 1. Mant. de tacit. l. 22, tit. 19, n. 27.
Rota coram Buratto dec. 334, n. 4. Bononien. Prædi-
de Nascentioriis 16. Novembris 1643. §. ulterius
D. D. coram Reverendissimo Terracinen. & in Ro-
mana domus 19. Junii 1645. §. nec obstat coram
Eminentissimo Card. Othobono. Quod in præsenti
2 easu certius procedit, ubi non defunt conjecturæ
comprehensionem extraneorum suadentes, ut post
Cephal. tradit Mant. de tacit. d. lib. 22, tit. 19, sub
nu. 21. in fin. vers. sed tamen Altograd. cons. 22,
n. 6. vers. & maximè quando lib. 1. Rota dec. 381,
n. 6. & seq. par. 5. rec. nempe clausula ad haben-
dum non cæterata, sed cum facultate disponendi
ad libitum extensa, & ut in proposito ponde-
rat Mant. ubi suprà lib. 22, tit. 19, num. 25. se-
quitur Altograd. d. consil. 22, sub nu. 6. vers. At
in hoc casu Caval. dict. decif. 293, n. 1. vers. que
omnia Buratt. dec. 87, num. 2. & per tot. Rota in
dil. Bonon. Prædi de Nascentioriis 23 Martii 1640.
& 6 Novembris 1643. coram Reverendissimo Terra-
cinen. §. quod autem in præsenti in fin. clausula, ac
de ea faciendum, & disponendum ad libitum vol-
lantis, quæ equipollent clausulae, & quibus der-
dit, & operatur, ut emphyteusis sit transitoria
ad extraneos Ofasch. dec. 161, num. 1. Curt. jun.
cons. 4, num. 1. vers. sed quoniam Becc. cons. 88,
num. 20. vers. 2. & seqq. Rolan. cons. 64, n. 11.
& 13. vol. 4. Calder. de jur. emphyt. lib. 2. qu. 1.
num. 14. & quæst. 33. num. 30. & seq. Marescott.
cap. 1. n. 1. lib. 3. Rota post Giovagn. cons. 24,
n. 68. lib. 2. & dict. dec. 494, lib. 3. part. 2. dec. 548,
num. 8. part. 4. tom. 3. recen. & coram Merlino dec.
860, num. 5. Pactum francandi, & expressa fa-
culta donandi, & alienandi, quia licentia & aliena-
ndi per viam contractus ostendit Dominum
extraneos non abhoruisse & omnem in proposi-
to removet difficultatem Dec. consil. 171, n. 2. Curt.
jun. dict. consil. 4, n. 3. Rota coram Buratto dict. dec.
87, n. 12. & consideratum fuit in dict. dec. 294,
num. 6. part. 1. recent.

Concessionem vero hanc non fuisse emphyteu-
sim, sed veram locationem & perpetuam visum
est D. D. probari, five ex eo quod nunquam
emphyteusis, sed semper Instrumento à parti-

Decisiones ad Tract. de Alim.

- bus locatio & fuit appellata, & talis præsumi-
tur contractus, qualis denominatur à contra-
hentibus l. qui fundum 40. §. fundi ff. de contrah.
empt. in addit. ad specul. in tit. de locat. in princ.
Cravet. cons. 20, num. 4. Surd. cons. 366, num. 6.
& decif. 326, num. 8. Rot. coram Card. Seraph.
dec. 212, num. 1. & dec. 735, num. 5. part. 4. rec.
tom. 3. & quæ potior conjectura est pensio &
Scut. 55. Canonis promissa correspondebat fru-
ctibus domus, ut ponderat Aret. consil. 5, n. 4. in
fin. Neviss. consil. 92, n. 12. & per tot. Grat. consil.
128, num. 8. lib. 2. Rolan. consil. 96, num. 43.
& seq. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis quæst. I. n. 5.
vers. si vero præstatur plenissime Rota coram Bu-
ratt. dec. 234, n. 1, & seqq. decif. 14, n. 11, dec.
110, n. 16, part. 6, rec. & in d. Bonon. Prædi de
Nascentioriis 16 Novembris 1643. §. & ulterius
D. D. vers. quia annua quantitas coram Reveren-
dissimo Terracinen. & utramque conjecturam & vi-
sa est admittere etiam Rota in Romana domus 22.
Aprilis 1644 §. & prædicta procedere coram bon.
me. Card. Cochino confirmata 16 Martii 1646. cor-
am Eminentissimo D. Card. Othobono inter ejus
impres. dec. 62, num. 27.

Sive etiam ex quo facta fuit omnium virium
translatio à Capitulo in D. D. de Frangipanis,
ut in sum. Corn. Francisci num. 1. ibi etiam simili-
liter D. D. Canonic, & Capitulum locarunt,
& titulo locationis in perpetuum dederunt, cel-
serunt omnia jura, omnesque actiones reales,
personales, civiles, directas, tacitas & expres-
sas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, &
in rem scriptas, quæ & quas d. d. Canonic,
&c. nullo jure, nullaque actione quomodolibet
de cætero referatis, &c. ex hujusmodi enim
tam ampla virium cessione constat factam fuisse
locationem & non vero concessionem in emphy-
teusim, in qua Domino concedenti jus aliquod,
& dominium directum reservari necessarium est,
ut tradit Mant. de tacit. lib. 22, tit. 3, num. 9, Me-
noch. præsumpt. 106, n. 10, lib. 3, Thomat. dec.
Macerat. 60, num. 40, Vellasch. de jur. emphyt.
quæst. 32, num. 27, & 33. Rot. coram Merlino
dec. 586, num. 5, & 6, & in Mediolan. præten-
de devolutionis 11 Febr. 1650, sub §. nec prætendi po-
test coram R. P. D. meo Melio, sive demum quia
adsum pacta & conventiones naturam locationis,
non emphyteusis importantes; promissio nempe
de evictione suscipienda in se item, faciendo con-
sentiente omnes personas & pactum francandi, ad
quæ omnia Canonic teneri voluerunt, quæque
regulariter non solent concessioni in emphyteu-
sim, sed locationibus tantum & perpetuis aliena-
tionibus convenire & ut de pacto francandi Cephal.
cons. 703, & n. 17, & seqq. Rota coram Comi-
tulo dec. 94, num. & seq. & distributa pensionis solu-
tio in duabus pagnis in principio cuiuslibet se-
mestris, eo modo, quo affictus solvi solent, osten-
dit pariter contractum locationis, non emphyteu-
sis, in qua canonis solutio semel in anno fieri so-
let, ut in terminis Buratt. d. dec. 334, sub nu. 7,
quod etiam conventum.

Neque applicantur decisions pro parte Cano-
nicorum allegatae, in quibus firmatum fuit in em-
phyteusi pro hæredibus, & successoribus in per-
petuum recepta, solos hæredes sanguinis, non
autem extraneos contineri, quando non adest
dictio quibuscumque, ut signanter responsum fuit
in Cajetana honorum 3 Decembris 1646, §. Justi-
tia, & 10 Junii 1648, §. Proinde coram Reverendissi-
mo D. meo Cerro, Romana devolutionis domus 4.
Decembris 1651, in princ. & §. contrarium tamen

¶ 21 Junii 1652. §. quatenus verò coram bon. me. Bichio, 20 Junii 1653. §. binc sequitur coram R.P.D. Verospio, & 15 Junii 1652. §. nec de iustitia coram R. P. D. meo Melio.

Quia ex illarum lectura constat, quod loquuntur in terminis longè diversis secluso in emphyteusi, vel ubi adest artissima prohibito alienationis, non verò quando agitur de locatio-ne perpetua cum canone correspondente fructibus, & cum expressa facultate alienandi †, & ad libitum disponendi, & cum amplissima iurum omnium translatione, de quibus supra : in his enim terminis extranei hæredes proculdubio comprehenduntur, ut tradunt suprà citati Doctores, & Mant. de tacit. l. 22. tit. 19. n. 27. 28. & 30. Alto-grad. d. conf. 22. n. 7. & 9. lib. 1. Rota d. dec. 294. per tot. p. 2. recent. etiam in dicta Bononiensi Prædi- de Nascentioris 16 Nov. 1643. §. quod autem in præsentis coram Reverendissimo Terracinen. & distinguendo etiam admittit Rota decif. n. 13. & duobus seqq. part. 6. rec. & in dicta Caietana bonorum 10 Ju-nii 1648. §. & proinde non applicantur coram R. P. D. meo Cerro Bononiens. bonorum de Romantii 7 Ju-nii 1652. §. tam ex clausula coram R. P. D. meo Verospio.

Hinc Capitulo suffragari non potest subsequens clausula post licentiam donandi, & alienandi incerta, & prout, & quemadmodum de similibus rebus locatis fieri & disponi solet, quia cum addita fuerit post concessionem de sui natura ad extra-neos non potuit per illam ipsius natura alterari, ne immediate censeatur revocata facultas alienandi ; sed intelligenda venit, quod fiat dispositio salvo jure Capituli sine illius præjudicio, & ser-vatis de jure fervandis Rota coram Sa. me. Gregorio decif. 520. sub n. 8. vers. & propriea non debet intelligi, & in Romana domus post Giovagn. conf. 44. num. 71. vers. minus obstat, & seq. lib. 2. & egregie in individuo fuit responsum in dicta Bononiensi. Prædi de Nascentioris 16 Novemb. 1643. §. Placuit etiam D. D. coram Reverendissimo Ter-racinen. ubi quod stare simul possunt quod res sit in extraneos alienabilis, & tamen in alienatione serventur ea, quæ ex natura contractus servari debent, nempe ut requiratur consensus Domini, sol-vatur laudemnum, &c. & in simili clausula, conditionibus prædictis semper salvis, &c. quod non restringant supradictam alienandi facultatem, tradi-tam per clausulam ad habendum &c. vel similem Soccin. Sen. conf. 43. sub num. 43. vers. sed ad hoc lib. 4. Hodier ad Surd. d. decif. 93. nu. 12. Rota coram Caval. dec. 219. num. 13.

Minus relevat, quod facultas alienandi sit per-sonalis, & ad primos acquirentes restricta, ibi, & de ea facient. & disponent. &c. ad ipsorum D. D. Antonii Cartii, & Marii filiorum libitum voluntatis, &c. Nam omisso quod facultas alienandi non fuit simpliciter desumpta ex dicta clausula ad haben-dum, sed ex natura & qualitate contractus loca-tionis, in quo sine difficultate omnibus competit facultas alienandi, responsum fuit, quod cum di-cta clausula, & de ea faciendo, & disponendo, &c. + sequatur post stipulationem, & acceptationem factam, non solum pro Antonio, & filiis absentibus, sed etiam pro hæredibus, & successoribus in per-petuum, neque post illam sequatur aliqua dictio taxativa ; emphyteusi est ad res transitoria, & fa-cultas alienandi etiam extraneis concessa censemur Rota post Giovagn. dict. conf. 44. n. 78. lib. 2. Ca-valer. dict. dec. 293. num. 3. & 4.

Licet autem verum sit, quod sive emphyteusis 14 fuerit, sive locatio, beneplacitum † Apostolicum

requirebatur, ex quo solitum concessionis fuit al-teratum, nec unquam amplius hoc modo concessa reperitur: quia predicta alteratione nova reputatur concessio. Dec. conf. 142. nu. 4. in fin. vers. Primo ergo, & num. 5. Decian. resp. 73. num. 43. lib. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. quæst. 2. nu. 28. Rovit. conf. 79. num. 38. & seq. lib. 1. P. Imol. conf. 65. num. 7. & 8. Rota coram Merlino dec. 756. num. 14. dec. 764. num. 4. & dec. 775. num. 10. Novarien. bonorum 1 Junii 1644. §. eoque minus, coram Reverendissimo D. meo Dunnozetto Decano Ravennaten. Domus, 14 Ju-nii 1645. §. ultra quod coram Reverendissimo Ter-racinen. & in d. Romana devolutionis domus, de quibus suprà.

Adducitur tamen hic præsumptum, licet ex-pressum non exhibetur ex cursu scilicet lon-gissimi temporis † centum & amplius annorum 15 cum observantia subsecuta, quæ beneplacitum intervenisse, & omnia legitime facta fuisse suffi-cienter ad hunc effectum iustificant, Gozzad. conf. 73. nu. 20. & seq. Surd. conf. 181. nu. 1. lib. 2. Cravett. de antiqu. tempor. part. 3. c. 2. n. 26. Ro-vit. d. conf. 79. n. 40. Maresc. var. resol. cap. 13. num. 9. lib. 1. Gozzad. ad reg. 8. gloss. 12. in princ. num. 76. & seq. Grat. discep. 867. num. 10. ubi loquitur in specie de obser. 100. annorum & discept. 893. n. 17. 18. & 20. Rota coram Durando dec. 91. num. 6. & dec. 381. num. 15. part. 5. rec. Romana permutationis 20 Februarii 1647. §. non obstat nullitas coram bon. mem. Bichio & coram Eminentissimo D. Card. Ottoboni dec. 240. n. 12. quæ quidem beneplaciti præsumptio administrum etiam allunde recipit, ex libro nempe ab Honuphrio Janvinio Veronensi confcripto, cui titulum fecit de gente Frangipani, ubi lib. 4. c. 1. postquam concessionem hujus domus fac-tam à Capitulo, & Canonis Antonio Frangipano cum pacto francandi descripsit, hæc verba subnecedit. Sopra dictione fu passato il s. in evi-dentem, come appare nelli atti di Stefano de A-mandis, & un luogo di 300. scudi, che doveva spen-dere per l'obligo, passarono più di 2. mill. in meno di otto anni, cujus quidem classici, & fide digni Scriptoris enunciatio vifa est Dominis ad co-ad-juvandam beneplaciti & observantiae præsumptio-nem, deseruire potuisse, cum Historicis † deferendum, & esse dandum fidem tradit textus in l. 1. ff. de offic. Praef. Praetor. Guttier. pract. qq. lib. 3. cap. 13. num. 13. Larr. de Capellan. lib. 1. cap. 25. n. 3. Grat. discept. 893. n. 6. & seq. Rot. dec. 353. num. 23. & seq. par. 5. rec. Posnaniensis Abbatia 1 Julii 1647. §. nec de potestate coram R. P. D. meo Celsi, & plene in Fanen. seu Senogallien. bonorum 26 Junii 1648. §. corroborationem predictam coram R. P. D. meo Melio.

Non obstat, quod hujusmodi præsumptiva beneplaciti allegatio in alienationibus rerum Ecclæsæ ex observantia † & cursu temporis dedu-cta sublata fuit per novissimam constitutionem sanctæ memorie Urbanii VIII. incipientem : Ro-manus Pontifex in sacra Basil. Petri in Bullario novo t. 4. in appendice constitut. 47. alias 157. ut tradit Rota in Ravennaten. domus 17 Martii 1651. §. præsumptio verò coram Reverendissimo Terra-cinen. & in d. Romana devolutionis domus 15 Ju-nii 1664. §. hujusmodi autem coram R. P. D. meo Melio.

Quia ponderatum fuit, quod in eadem consti-tutione præservatur explicitè centenaria ante fin. vers. nec etiam † ibi, non intendimus autem per 18 praefentes &c. nec etiam tollere centenariam con-currentem.

currentibus de jure requisitis. Centenaria autem de tempore editæ constitutionis in easu nostro erat completa cum hac promulgata fuerit de an. 1641. concessio autem facta anno 1539. in nihil refragante, quod à supradictis centum † annis demen-da sint tempora vitæ Canonorum alienantium, quibus subductis, utique centenaria non erat com-pleta, ut in terminis voluit Rota dec. 94. n. 13. & plurib. seqq. part. 7. recent. & in Mutinen. bonorum 23 Junii 1642. §. non præsumptum, & seq. coram Reverendissimo Terracinen.

Circumscripsi enim alienatione in consanguineos, in quibus terminis procedunt, & loquuntur decisiones exemplo adductæ †, conclusionem procé-dere ad effectum præscriptionis omnium quæ nisi post mortem alienantis, incipere non potest, non autem ad effectum præsumendi beneplacitum ve-rius D. D. existimarent, hoc enim secundo casu, quod alienatio in conjunctos facta non fuit, nul-lum tempus subducendum esse dixerunt, sed sta-tim post alienationem currere, iusta distinctionem relatam per Maresc. var. resol. lib. 1. c. 13. n. 17. Adden. ad S. M. Gregor. dec. 364. nu. 19. in fin. vers. & demum circa tempus, Rota in Lunen. Sarzanen. Terrarum 20 Junii 1575. coram Coita, & coram Se-raph. dec. 1027. n. 13. & dec. 1085. n. 5. & in Placen-tina bonorum 24 April. 1617. §. coram clar. mem. Card. Verospio jun. in rec. dec. 463. n. 8. p. 4.

Neque observantia copulativa necessaria destrui-tur, ex quo cum Frangipani domum possidere po-tuerint alio titulo, quam locationis nempe ex con-cessione in emphytesum illis factam, an. 1535. usque ad tertiam generationē tanquam cessionariis Dia-næ de Vincentiis, non constat indubitanter de ob-servantia secundæ concessionis, quasi sola possibi-litas possidendi ex prima, secunda impedit obser-vantiam, quæ † certa penitus, & non æquivoca-esse debet in terminis, Rota dec. 176. n. 45. part. 5. rec. & in Cracovien. decimaru[m] 27 Martii 1651. §. neque subsistit coram R. P. D. Verospio. Ponderatum enim fuit quod cum possidere † uno vel alio modo sit res in animo consistit. I. si quis vi 17. §. dif-ferentia ff. de acquir. poss. Duran. dec. 40. n. 14. dum iudicem Frangipani fecerit impensas in secunda con-cessione conventas & semper fuerint soluti, & re-pedivè recepti affictus, & canones ad rationem Scut. 55. juxta præscriptum ejusdem secundæ con-cessionis, ut in sum. Com. Francisci n. 3. Hinc ex-cluditur animus possidendi ex prima, & clarissima 3 resultat observantia secundæ adeo ut † de illa dubitari non possit Rot. dec. 121. n. 13. part. 7. rec. in puncto observantiae, & præsumendum beneplaci-tum in Terdonens. Praeceptor 12 Febr. 1651. §. ob-servantia verò coram Eminentiss. D. Card. Ottoboni no-inter ejus impress. dec. 240. n. 13. & seqq.

Et ita utraque parte informante resolutū fuit, &c.

DECISIO CXXIV.

R. P. D. MELIO.

Romanæ dotis.

Lunæ 10 Decembri 1651.

S U M M A R I U M.

I Confessio doitis recepta remuneracionem non probat, & de ratione n. 2. & 3. Amplia ut n. 5. 6. 7. & 10. ante matrimonium facta numeratio-nem probat n. 8. Declara, ut n. 9. Simulata ex quibus arguatur, n. 14. 16. & 17.

4 Statutum Urb. cap. 135. habet locum etiam in do-nationibus tacitis.

II Doris constitutio quando dicatur inverisimilis. Decisiones ad Tract. de Alim.

Solutio in parte considerabili inducit præsump-tionem numeracionis torius num. 12. Promissio eadem facilitate fieri potest ac ipsa solutionis confessio, num. 20.

13 Confessio propria major probatio non datur. Dos propter onera matrimonii datur.

18 Causa simulandi dotis numerationem, ex quibus deducatur, & n. 19.

21 Juramentum nil operatur in instrumento verita-tis essentiam non habente, Amplia ut n. 22.

23 Personæ conjunctæ interventus confirmat alias simulationis præsumptiones. Amplia ut n. 24.

25 L. vir ab eo 50. ff. de just. dot. declaratur.

26 Simulatio removet confessum.

27 Acceptatio qualiter inducatur.

28 Cyriac. controver. 132. n. 27. declaratur.

29 Inimicitia superveniens inducit revocationem.

30 Revocatio instrumenti dotalis expressa ex quibus resulteret.

P Ersistendo in aliâs decisio[n]is coram R. P. D. meo Bevilqua sub 11 Febr. 1656. iterum hodie DD. coram me, qui causam reprobavi in locum dicti D. mei Bevilqua absens responderunt non consta-re de credito dotali Petronillæ, quia simplex Franci-ci confessio † quam præ se fert instrumentum pro D. Petronilla exhibuit, aliunde non justifi-cata non probat veram dotis numerationem l. 1. & ibi gl. verb. instrumenti C. de dot. caut. non numerat. gl. in l. 1. verb. auxerit C. de don. ante nupt. Sed præsumitur sub eo quæsto, ac simulato solutionis præ-textu facta † ut exinde, vel cohonestata reddetur inæqualis sponsæ conditio l. 3. §. fi. cum l. seq. ubi DD. ff. commodi Angel. in l. 1. princ. c. de donat. ante nupt. Paris. con. 86. an. 20. cum seqq. l. 3. Rota coram Buratt. dec. 775. in princ. vers. veritas autem n. 1. & coram Durano dec. 98. n. 14. ver. non est novum, vel ut sub eo titulo occultaretur donationis animus, † quæ legibus adveratur, tam juris communis, tot. tit. ff. de don. inter vir. & uxor. l. si non vero, & l. creditor C. eod. tit. l. 1. C. de don. ante nupt. quam municipalis urbis ex statuto. l. 1. c. 135. cuius dispositionem habere locum, nedum † in expressis donationibus, sed etiam tacitis, & factis sub hujusmodi simulatis prætextibus firmavit alias Rota, & signanter coram Put. Dec. 55. nu. 2. vers. & statutum l. 3. Gabr. conf. 142. n. 22. vers. Non obstat. l. 2. cum aliis plene in nostris terminis cumulatis in Romana dotis 21. Februarii, & 26. No-vembris 1650. coram Eminent. D. Card. Corrado. Neque subsistit, quod quando, prout hic, agitur contra ipsummet confidentem, five illius hæredes, tunc dotis receptæ confessio etiam absque admini-culis probet veram dotis numerationem, quia cum subjecta materia * de fe ut prohibita ob suspi-cionem simulationis, & fraudis talis confessio nec minus nocet marito confidenti vel ejus hæredibus, ut punctiliter decisum fuit coram Buratt. dec. 612. in princ. vers. Præterea, & dec. 925. n. 1. vers. illa præsumitur, & in recen. dec. 55. n. 12. p. 6. & vulgaris est distinctio solita haberi in hac mate-ria ut nemp̄ si agatur contra tertios * urgentissi-ma requirantur conjecturæ pro exclusione præ-sumpta fraude prohibita donationis: & ita respon-dit Rota in Romana dotis 14. Febr. 1642. coram bon. m. Duñozeto sub §. Creditor. Si vero agatur contra ipsum confidentem, vel ejus hæredes * leviores conjecturæ sufficient, quæ juncta cum confessione probent veram dotis numerationem, & in his ter-minis loquitur dec. Eminent. D. Card. Ottoboni 167. n. 3. & 31. allegata à scribentibus pro Petronilla. Neque quod præcedant in confessione emanata

t 2 ta